

EXERCICIOS DE TRADUCIÓN LATINA:
3ª declinación. Adxectivos do 2º tipo.
Verbo: Tema de Perfecto
Adverbios. Preposicións. Conxuncións

CAESAR ET MULIERES

Prima uxor Caesaris fuit Cornelia, filia L. Cornelii Cinnae, consul quater. Cinna Rempublicam vi mutaverat cum C. Mario et bellum civile contra L. Cornelium Sullam intulerat. Milites sui descisciverunt et eum⁷ occiderunt. L. Cornelius Sulla dictatorem se⁸ fecit et Caesaris divortium ab uxore sua iussit. Caesar Sullae non paruit et Roma exiit. Postea rediit et Cornelia puellam peperit, nomine Iulia. Post septem annos, Cornelia puerum peperit, sed mater et filius decesserunt.

Post mortem Corneliae, Caesar duxit in matrimonium Pompeiam, filiam Q. Pompeii Rufi et nepotem Sullae. Pompeia pulchrior erat quam Cornelia, sed quoque inquietior. Sic, in sacra Bonae Deae P. Clodium induxit, sive sic vulgus censabat. In sacris Bonae Deae tantum mulieres partem capiebant, et specie Clodius et Pompeiae maximum sacrilegium commiserant. Caesar palam proclamavit: "Ego innocentiae P. Clodii et meae uxoris credo". Sed simul Pompeiae divortium fecit. Amici Caesaris dixerunt: "Nobis difficilis intellegentia consilii tui est". Caesar respondit: "Uxor Caesaris omni suspitione carere⁹ debet". Caesaris fama multo gravior erat quam amor mulierum.

Calpurnia tertia uxor Caesaris fuit, et ultima. Calpurnia fidior Caesaris quam Pompeia fuit. Necem Caesaris timebat, et mane interfectionis coniugi suo dixit: "Mors tibi imminet". Sed Caesar monita Calpurniae non consideravit, et certo cogitavit: "Nimius timor peior mihi est quam mors". Tum e domo sua ad Forum cum amicis ambulavit: ibi expectabant participes coniurationis.

At quaedam¹⁰ mulier venustatem maiorem quam omnium uxorum Caesaris possidebat: Servilia, mater M. Iunii Bruti. Per multos annos Cesar eam¹¹ amavit. Quondam Caesar Serviliae carissimam margaritam donavit; et fortasse amicae suae dixit: "Amor nobis aeternus erit". Sed mors amorem Caesaris Serviliaeque obtruncavit.

⁷ Traducir por pronome átono: "o" / "lo".

⁸ Traducir por "se".

⁹ Infinitivo. Tradúzase por "carecer".

¹⁰ "Unha"

¹¹ Traducir por pronome átono: "a" / "la".